



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distributus**

**Antonelli, Giovanni Carlo**

**Velitris, 1650**

§. III. Cui debeatur praecedentia, si duo eadem die fuerunt ordinati.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11401**

proprio Parocho defuncti, ut declarauit eadem Sac. Rituum congregatio apud Barbof. ubi supra d. cap. 26. num. 78.

## S. III.

*Cui debeat precedentia, si duo eadem die fuerint ordinati.*

**27** R Esp. quod in tali casu attenduntur merita, & alię qualitates ipsorum: & ideò Sacerdos Doctor, precedet Sacerdoti non Doctori *Nauar. conf. 5. num. 4. de maior. & obed. item antiquior ætate precedet iuniori Bart. in l. r. ff. de obseq. prest. Ricc. in Prax. for. eccles. par. 3. ref. 271. ubi idem dicit de duobus eodem tempore creatis ducibus. Secus si fuerint diuerso tempore ordinati: tunc enim Sacerdos prius ordinatus, licet non sit Doctor precedet Sacerdoti Doctori postea promoti: tñ quia in habentibus dignitatem eiusdẽ ordinis ille præfertur, qui prior ad eam assumptus est l. 1. ff. de Alb. scrib. tum quia prioritas promotionis est maior qualitas, quam Doctoratus c. Episcopus, ubi gloss. dist. 17. Nau. d. conf. 5. num. 9. Ricc. ubi supra par. 3. ref. 276. Vulp. in Prax. iudic. cap. 34. numer. 21. & seq.*

**29** Querens, in quo loco sedere debet qui duo officia substat, puta si Consiliarius sit, & aduocatus? Resp. quod sedere debet in loco Consiliarij, seu maioris officij, etiã si interueniat uti Aduocatus: quia dignitas consiliariatus est in-

separabilis à persona, ut decisum refert Ricc. in Prax. ut supra p. 3. resol. 273. qui ibidem ref. 274. in fin. resoluit, Episcopum creatum consiliarium sedere debere immediatè post præsidem, siue Decanum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Consuetudo optandi præbendas siue domos canonicales à iure canonico approbatur.
- 2 Optio non competit ratione ordinis, sed ratione Canonice.
- 3 Canonicus, qui non est in sacris an possit optare.
- 4 Hęc consuetudo spatio 10. annorum inducitur.
- 5 Optans, dum acquirit nouum titulum, admitti debet per superiorem.
- 6 Optio expediri debet intra terminum 20. dierum.
- 7 An huiusmodi tempus 20. dierum possit minui per capitulum.
- 8 An consuetudo, seu statutum inducens maius tempus, quam 20. dierum ad optandum, præiudicet impetrantibus apostolicis.
- 9 Quando locum non habeat consuetudo optandi.
- 10 An domus Canonicales, & alia membra similia distincta, seu separata à Canonatu cadat sub reservatione.
- 11 Si habens beneficium reservatũ optet aliud, dimissum spectat ad prouisionem Papæ, & optatum non erit reservatum: declaratur num. 12.
- 13 Quando Canonicus optans possit redire ad suam primã præbendam.